



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXIX. Ritter Jordan und Knappe Berthold von Wodenswegen schenken dem Kloster Neuendorf Haus und Hof vor Gardelegen, am 17. Mai 1325.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXIX. Ritter Jordan und Knappe Berthold von Wodenswegen schenken dem Kloster Neuendorf Haus und Hof vor Gardelegen, am 17. Mai 1325.

In nomine domini. Amen. Univerſis Chriſti fidelibus tenorem preſencium viſuris ſeu audituris Jordanus miles nec non Bertoldus famulus, dicti de Wudenſuechghe, ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam, ut ait apoſtolus, qui parce ſeminat parce et metet et qui ſeminat in benedictionibus de eiſdem uitam metet ſempiternam. Nos ergo zelo pietatis et diuina ſuccenſi gracia boni operis fructum intimo animi feruore exſequi cupientes, rationabilius ad eos uel eas conuertimur, quorum aut quarum orationum ac elemoſinarum aliorum quoque bonorum operum nobis credimus participium non deeſſe. Unde cupimus ad ſingulorum peruenire noticiam, quod nos corporis et rationis compotes pro remedio ſalubri animarum noſtrarum in auctumentum cultus diuini ſub ſpe remunerationis eterne, monaſterio ſanctimonialium ordinis S. Benedicti in Nyvndorp ſito prope ciuitatem Gardelaghe (ſic) cuius perſone die noctuque diuino mancipantur obſequio, omne jus quod ad nos perſinuit ſeu nobis competere potuit in domo et curia ſita trans foſſatum extra muros Gardeleghe dicte ciuitatis, libere condonauimus perpetuis temporibus poſſidendum. Igitur ne calumpnia cuiquam ualeat ſuboriri de premiſſis, ſigillum noſtrum ex noſtra certa ſcientia preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt huius donationis Johannes, plebanus eccleſie S. Nycolai in Stendal, Willekinus, ſkolaris, Hynricus Gunteri et Helmicus (ſo, — Helmericus?), ciues ciuitatis Stendalenſis, et alii quam plures quibus fides non immerito noſcitur aſcribenda. Actum et datum Stendale, anno domini milleſimo tricenteſimo uigeſimo quinto in feſto aſcenſionis domini noſtri Jheſu criſti crucifixi.

Orig. in M. Siegel dreieckig, im Schilde eine Pflanze mit 4 Blumen (abgebildet im 12. Jahresbericht des altmärk. Vereins 1859. Nr. 1.); . . . DANI . . . WODENSWEGE. Ein zweites Siegel hat nie daran gehangen. — Gerſen, Dipl. II, S. 87.

XXX. Ritter Henning von Scheningen verkauft dem Kloster Neuendorf gewiſſe Hebugen in Möllenbeck, am 5. Februar 1329.

Nos Henninghus de Scheninghe miles et . . filii ejus recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod diſcreto viro domino . . prepoſito in Nyendorp ac toti conventui ibidem vendidimus ac dimiſimus pro triginta quatuor marcis argenti Stendaljenſis in villa Mollenbeke ad uſus earundem unum chorum cum dimidio ſiliginis et duos choros cum dimidio ordeï dandos in feſto ſancti Martini annuatim ac decem et nouem ſolidos denariorum Stendaljenſium in eadem villa ſupraſcriptis (ſo) annis ſingulis in feſto natiuitatis beate uirginis Marie erogandos. Hujus teſtes ſunt venditionis dominus Henninghus de Santerfleue, dominus Meynardus de Rochow, Rotbardus (ſo), Johannes Mowerin, armigeri, Hermannus, prefectus in Gardelege, et Hinricus Hoghe, Echardus fratres, ibidem burgenſes, et quam plurimi fide digni.